Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Johannes 275

terra cū ergo perseuerarent interro-
gantes: erexit se et dixit eis.
Qui sine peccato est vestrū primus
in illā lapidem mittat et iterū
inclinans scribebat in terra. Au-
dientes autē hec vnus p vnū
egredebat incipientes a senioribus
et remansit solus iesus: et mu-
lier in medio stans. Erigens autē
se iesus: dixit ei. Mulier: vbi sūt
qui te accusabant. Nemo te con-
demnauit. Cui dixit. Nemo
domine. Dixit autē iesus. Nec ego
te condemnabo. Vade: et iam
amplius noli peccare. Iterū er-
go locutus est eis iesus dicens.
Ego sum lux mundi. Qui sequit
me non ambulat in tenebris: sed
habebit lumen vite. Dixerūt ergo
ei pharisei. Tu de te ipso testimo-
nium phibes: testimonium tuum non
est verum. Respondit iesus: et
dixit eis. Et si ego testimonium
phibeo de me ipso. verum est testi-
monium meum: quia scio vnde venio
et quo vado. Vos autē nescitis
vnde venio aut quo vado. Vos
autē secundum carnem iudicatis: ego
non iudico quemquam. Et si iudico
ego. iudicium meum verum est: qa
solus non sum. sed ego et qui
misit me pater. Et in lege vra
scriptum est: quia duorum homi-
num testimonium verum est. Ego sum
qui testimonium phibeo de me ipso:
et testimonium phibet de me qui mi-
sit me pater. Dicebat ergo
ei. Vbi est pater tuus. Respon-
dit iesus. Neqz me scitis. neqz
patrem meum. Si me scireti-
tis: forsitan et patrem meum scireti-
tis. Hec verba locutus est iesus in gazophi-
lacio: docens in templo. Et nemo ap-
prehendit eum: quia necdum ve-
nerat hora eius. Dixit ergo iterum eis
iesus. Ego vado: et quaeretis
me: et in peccato vestro moriemini.
Quo ego vado. vos non poteritis
venire. Dicebant ergo iudei.
Numquid interficiet se met ipsum. qa
dicit. Quo ego vado vos non po-
teritis venire. Et dicebat eis. Vos
de deorsum estis ego de supernis sum
vos de mundo hoc estis ego non sum
de hoc mundo. Dixi ergo vobis
quia moriemini in peccatis vestris.
Si enim non credideritis quia ego
sum: moriemini in peccato vestro. Di-
cebant ergo ei. Tu quis es. Dixit
eis iesus. Principium qui et lo-
quor vobis. Multa habeo de vo-
bis loqui et iudicare: sed qui
me misit verax est: et ego qa
audiui ab eo hec loquor in mundo
et non cognouerunt: qa patrem ei-
us dicebat deum. Dixit ergo eis
iesus. Cū exaltaueritis filium ho-
minis tunc cognoscetis quia ego sum
et a me ipso facio nichil: sed sicut
docuit me pater hec loquor et
qui me misit mecum est: et non reli-
quit me solum: qa ego que placi-
ta sunt ei facio semper. Hec illo lo-
quente: multi crediderunt in eum.
Dicebat ergo iesus ad eos. qui
crediderunt ei iudeos. Si vos mane-
ritis in sermone meo. vere discipuli
mei eritis: et cognoscetis veritatem:
et veritas liberabit vos. Respon-
derunt ei. Semen abrahe sumus:
et nemini seruimus vnquam. Quo-
modo tu dicis liberi eritis. Dixit
eis iesus. Amen amen dico vobis. qa
omnis qui facit peccatum seruus est
peccati. Seruus autē non manet in domo
in eternum: filius manet in eternum. Si
ergo vos filius liberauerit: vere li-
beri eritis. Scio quia filii abrahe
estis: sed quaeritis me interficere. quia